

*cido consistat. Et hęc ratione doctrina
hęc coincidit.*

*Dubium verò est, an Veteres principia illa
v. g. Galenus, sub nomine frigidi & Calidi
tradiderint. Sic nec pro initiis seminali-
bus habenda sunt, sed quod de tribus primis
dictum pro seminum saltem receptaculis, tan-
tillum scilicet est, quod in Oleo ac Spiritu Vi-
ni ardet.*

*Accensum sulphur quodcunq; in Spiritum
Acidum abit, reliquum quod ardet ac seminis
loco est, annihilatur.*

*Videntur itaq; mixta ex Acido & Alkali
conflata.*

*Mechanicè hoc probatur; Incinerata
herbæ fuliginem emittunt, in qua sal Volas-
tile est, utpote in quod resolvitur,*

*Sin verò planta penitus non deflagret,
in residuo carbone remanet quoq; Acidum,
quod à vehementiori igne tandem quoq;
in Auras abit.*

*Sal Volatile Succini, quod Acidum prima
fronte apparet, si misceatur cum Alcali red-
dit sal Urinosum Volatile.*

*Acidum verò vel nullum ve! paucum
est in animalibus: hinc vix quicquam Sa-
lis fixi ex iis elicitur.*

Re-